

mit dem Kaiser kommt, und über die sich daraus für die Kirche ergebende Gefahr. 1229, März.

Scio vos habere zelum Dei, quia scio vos honoris et ecclesie Dei providos zelatores. Scio vos amatores concordie, pacis amicos; unde super hiis non oportuit me sollicitare vos scriptis<sup>1</sup>, quos sciebam sollicitudinis non expertes, et quamdiu exspectabam super illis, pro quibus A. et m.<sup>2</sup> venerunt ab apostolica sede, responsum, scripto<sup>3</sup> multiplicare nolebam. Nunc aliqua scribo domino pape<sup>4</sup>, quorum transcriptum poterit, si placuerit, circumscriptio vestra<sup>5</sup> videre. Unum addicio, quod consideratis processibus nostris et partis adverse, si non provenerint, confundetur ecclesia, peribunt illi de regno, qui ecclesie adhererunt, nisi forte miraculo virtus divine potencie aliter duxerit providendum.

92, f. 43, col. a. Thomas von Capua beruft sich gegen die ihm an der Curie gemachten Vorwürfe darauf, dass seine Ankläger selbst ihn ausgesandt und er nur gehorcht habe; sein Vergehen sei, dass er den Frieden wünsche. 1230, März.

Audivi<sup>6</sup>, quod quidam me verbis quasi lapidibus quibusdam impetunt; set utinam, propter quod lapidant, indicarent! Sane, si mala sunt, ad que me miserunt, imputetur non obediencie<sup>7</sup> miseri, sed mittencium iussioni; si vero bona sunt, cur me cedunt? Penam sencio, culpam ignoro, nisi violencia detur hoc culpe, quod in negotio pacis sub spe divine clemencie [laboraverim]<sup>8</sup>. Desidero tranquillitatem ecclesie; populi quero quietem. Si ergo hec est nostre vexationis occasio, hic casus deducatur<sup>9</sup> in causam, ad iudicium proferatur, fiducialiter accusatores prosiliant, quoniam omnis exceptionis sublato suffragio calumpniantes admittam et testibus non repulsis parebo sentencie, pro re<sup>10</sup> huiusmodi dictus reus. In hiis autem Danielis non invocabo auxilium seu subsidium cum Susanna, seu cum Ioseph pincerne Pharaonis sollicitabo memoriam, supplicationi tamen crucifixi non renuntiabo latronis.

93, f. 43, col. a. Thomas von Capua bittet Gregor IX., ihn zurückzurufen; in seinem Vaterlande habe er einen zugleich süßen und bitteren Kelch getrunken. 1230, März.

1) 'scriptis' klein übergeschr. mit anderer Dinte. 2) Vgl. n. 89.

3) 'scripta' c. 4) Wahrscheinlich n. 90; vgl. nachher die Wiederholung von 'consideratis processibus'. 5) 'circumspectioni vestre' c. 6) Dasselbe Schreiben steht, nach einem Verzeichnis in den Sammlungen der Mon. Germ., im Cod. Mellic. G. 38 unter den Briefen des Thomas von Capua, Lib. VI, 19. 7) 'obedienci' c. 8) Fehlt c. 9) Corr. aus 'dedecatur'. 10) 'reo' c.